

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Temptatio c
cum fonte primo

Tamdiu dyabolus sopitum ignem sine
ullis flammis occultat, donec duas
faculas iungens simul ambas accendat,
et tamdiu cessat se uicie sue tela
supponere, donec sicut peritus uenator
quos occisurus est, laquei uinculis
alliget.

Augustinus de singularitate clericorum.

hanc primo exhibet lenitatem, ut duas
naues oblectet ad inuicem conuenire,
quas cum fecerit iunctas, repentinis
turbibus in semet ipsas elidere possit et
frangere: et his utitur blandimentis,
subtractis omnibus iaculis conpescens
aduersa, suggerens prospera, et
tamdiu sopitum ignem sine
ullis flammis occultat, donec duas
faculas iungens simul ambas accendat:
et tamdiu cessat saeuitiae suae tela
supponere, donec sicut peritus uenator
quod occisurus est, laquei sui uinculis
alliget.

Pseudo-Cyprianus Carthaginensis, *De
singularitate clericorum*, 19 (CSEL 3.3,
W. Hartel ed., p.195, ll.3-10).